

7192 Agrigenti in foro recentioris urbis ARETIVS (1542), FAZELLVS (1558), POSTERIORES. Inde nuperrime translata est in museum. — Sine loco IVC.

CONCORDIAE · AGRIGENTI

NORVM SACRVM  
 sic RES · PVBLICÁ · LILYBITANO  
 R V M DEDICANTIBVS  
 5 M · HATERIO · CANDIDO · PROCOS  
 ET · L · CORNELIO MARCELLO Q  
 PR PR

Recognovi. Iucundus cod. Ver. f. 156; Marius Aretius de situ Siciliae (1542) f. 30'; Fazellus (1558) dec. 1 l. 6 p. 128; Scaliger cod. Papenbr. p. 272; Grut. 100, 10 ex Aretio et Scaligeri et Verder schedis; Caietanus isagoge p. 12. 361; Gualterus n. 224 = 115; Torremuzza I, 27 = 30, cui dedit Salvator Hector; Zaccaria *istit.* p. 280 = 336, qui descriptam accepit a. 1767 a Petro Paulo Compagnonio episcopi Auximatis nepote; Biscari *viaggio* ed. 1784 p. 126; Houel *voy. pitt.*

*de Naples* (1787) p. 25; Münter *Efterretninger* 1 (1788) p. 411; Rezzonico opp. 5 p. 180; Hoare *class. tour* 2, 104; alii itinerariorum auctores quam plurimi, quos enumerare supervacaneum est; Nic. Palmeri *memorie sulle antichità Agrigentine* (Palermo 1832) p. 10; Serradifalco *ant. di Sicilia* 3 (1836) p. 37; Picone *stor. di Agrigento* p. 272. Orelli 151. De fide tituli sine ulla causa dubitavit Dorvillius Sic. p. 95.

Ad pulcherrimam aedem Graecam, quae adhuc extat, titulum primus videtur rettulisse Fazellus: 'id illud ipsum templum est, quod in divi Gregorii a Rapis Agrigentini olim episcopi cultus conversum maxima sui parte adhuc visitur'. Titulum cur dedicarent contra consuetudinem duo magistratus Romani causa haec fuit opinor, quod Lilybitani dedicantes nec vicinum sibi quaestorem Erycinum praeterire voluerunt nec summum provinciae universae magistratum. L. Cornelius Marcellus redit in titulo Panormitano n. 7266. Fortasse idem est Cornelius Marcellus accusatus imperante Nerone (Tac. ann. 16, 8), occisus a Galba (hist. 1, 37).

7193 Girgenti rep. prope sepulcrum Theronis q. d. cum via sternitur Palmam ducens; Evangelista Zucchi dedit museo.

D M  
 CALBENTIVS · MOTHO · VIX ·  
 ANNOS · XXXX · CALBENTIA S  
 FORTVNATA · FRATRI S  
 5 SVO S FECIT S

Descripsi a. 1877.

7194 basis fragmentum. Girgenti in museo.

S · C · QVI  
 M E R I N I

Descripsi a. 1877.

7195 Girgenti in museo.

PEIAI

Descripsi.

XII. Castronuovo. S. Stefano di Bivona. Vicari. Corleone.

7196 Castronovi in pavimento aedis maioris GVALT. Antea in ecclesia antiqua in monte S. Ursulae; hodie translata in ecclesiam novam TIRRITO.

HIC REQUIESCIT  
 T IN PACE · PLACI  
 DIA VNIVERA  
 QVE VIX ANN PLM  
 5 XXXV PC BASILI VC  
 PER INDITIONE  
 QVARTA ANN  
 O · XXGIII S p. C. 570

Gualterus n. 268 = 330 (inde Fabretti 324, 449; Mur. 430, 1; Torremuzza Sic. XVII, 46 = 51); Lud. Tirrito *sulla città di Castronuovo in Sicilia* (1873) p. 24.

3 id est univiria. — 4 QVAE, 5 BASIL, 6 INDITIONE, 7. 8 ANNO O Gualt.

7197 in oppido S. Stephani [de Bivona], quod est Caroli Vintimilliae, apud Sigismundum Gerardum.

HERCOLEI  
 TESORVS

Gualterus n. 267 = 329 a Car. Vintimillia. Inde Torremuzza I, 14 = 15. 2 TESORVS Gualt. ed. 1, THESORVS Gualt. ed. 2.

7198 in vase marmoreo reperto in oppido Vicari D. Vinc. de Boscho et Velasquez ducis Misilmerii. — Panormi MVR. errore.

MEMORIAE  
 VEGETAE  
 INFELICISSIMAE  
 QVAE · VIXIT · ANNIS  
 5 XXI · M · III · DIEB · XVII  
 PARTHENOPEVS  
 CONIVGI · DVL  
 CISSIMAE

Gualterus n. 73 = 233 (inde Mur. 1417, 5; Torremuzza XI, 46 = 53) ab aliis.

7199 in oppido Corleone saec. XVIII incipiente titulum Valerii Maximi repertum esse Castagnanus quidam rettulit Nicolao Maggiore. Item ante annos non multos lapidem ibi repertum esse referunt, qui mentionem faceret Pompeii (*Giornale di scienze per la Sicilia* XI a. 1825 p. 94).